Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



psalmus

68

pauper fueris misericors non potueris. Qui misericors est potest lugere p[...] Qui inferiora lugere potest desiderare meliora. Qui superiora quique inferiora deserere et ipse a superioribus adiuuetur: Qui misereatur cor suum mundat. Quid est enim mundare animum nisi sordes morae abluere? Eleemosina enim a morte liberat. Lacrima uero profectio est carnalis. Qui autem patitur persecutionem in ultimo certaminis constituitur probatur aduersis ut cum legitime certauerit coronetur. Hos quidem gradus uolunt esse uirtutum per quos ab ultimis ad superiora possimus ascendere. Denique sicut incrementa uirtutum ita etiam incrementa sunt premiorum. Ius est dei esse filium quam possidere terram et consolationem meteri. Sed quia et primum premium regni celorum et ultimum premium regni celorum est nunquid equale premium incipientibus atque perfectis est. Ne forte mistice doceamur quia est primum regnum celorum illud apicum dissolui et cum xpo esse. Habes primum regnum quando sei rapiunt in nubibus obuiam xpo in aera. Multi enim dormientium surgent isti in uitam eternam illi in opprobrium. Primum ergo regnum celorum seas propositum est in absolutione corporis. Secundum regnum celorum est post resurrectionem esse cum xpo. Cum fueris in regno celorum. tunc processisti mansionum. Et si unum regnum diuersa tamen merita sunt in regno celorum. Post resurrectionem terram tuam incipies possidere absolutus a morte. Ille enim cui dicitur terra es et in terram ibis non possidet terram suam. Non enim potest esse possessor: qui non capit fructum. Absolutus igitur per dominicam crucem si tamen in terra iugum dei fueris inuentus consolationem in ipsa possessione reperies. Consolationem sequitur delectatio. Delectationem diuina miseratio. Quem autem miseratur dns et uocat. qui uocatur: uidet et uocantem. Qui dum uidetur in ius diuine generationis assumitur: tunc demum quasi de filius celestis regni diuitiis delectatur. Ille igitur incipit hic repletur. Iam et in terra hoc sed in multi [...] in imperio romano sunt. sed maiorem imperii gratiam. qui pro [...] priores imperatoris sunt consecuti. Hinc dicamus quem admodum quatuor benedictionibus. sed lucas benedictiones sit octo complexus. Quid de seam uirtutes et